

C 87'. Item anno domini etc. decimo octavo feria sexta post Epiphanie, que erat octava Ianuarii, laborante magistro Nicolao Kleinsmidt Curiensi tunc examinatore convocata tota facultate consensu prefati magistri electus est per sortem, ut consuetum est, ex eadem natione in examinatorem magistrandorum mgr. Conradus Lohr Imhoff, qui accepit mercedem pro laboribus ex divisione pecunie, quam solvunt magistrandi. Magistro autem Nicolao Curiensi facultas decrevit duos flor. ex fisco ex liberalitate, eciam quod primi labores temptaminis maiores essent, eo quod indignum esse rata est eum penitus mercede privari sua. Et hoc factum est in presentacione magistrorum, cum convalesceret mgr. Nicolaus aliquantulum. 1518 Jan. 8.

Item anno, ut supra, feria sexta post Quasimodogeniti, que erat sedecima Aprilis, tota facultas convocata ad consulendum super nova ordinacione lectionum et exercitiorum facta per quattuor magistros, Virgilium Wellendarffer, Gregorium Konitz, Arnoldum Wostefeldes, Wolfgangum Schindeler Cubitensem cum decano ad hoc per facultatem nominatos, approbanda vel reiicienda. Quod priusquam fieret, conclusum est per omnes magistros de consilio facultatis denuo, quod conventor facultatis arcium habeat et habere debet plenum ius locandi omnes habitationes, sic quod, si fuerint magistri, preferantur sociis, ut supra in conclusis suis sub decanatu magistri Ioannis Langer de Bolkenhayn. * Apr. 16.

1518 Sommersemester. 218. Decan Laurentius Helbig von Freiberg.

C 88. Decanatus magistri Laurencii Helbigk Fribergensis, sacre theologie baccalaurei formati. Anno domini millesimo quingentesimo decimo octavo Sabatho ante Georgii decima septima die mensis Aprilis magister Laurentius Helbigk Fribergensis de natione Misnensium, sacre theologie baccalaureus formatus, electus est in decanum facultatis artium rite et concorditer magistrorum eligencium consensu et voto, sub cuius decanatu electi officiales fuere magistri subscripti: Apr. 17.

Clavigeri { mgr. Virgilius Wellerdorffer de Saltzburga
mgr. Hinningus Pyrgallius Hyldensimensis.

N 20'. Executores et visitatores mgr. { Arnoldus Wostefeldensis de Lindaw
Alexander Secler de Eslingen
Martinus Thitze de Iawer
Laurentius Helbigk Fribergensis decanus et Misnensis.

Anno eodem, quo supra, lectores deputati per theologicę et philozophice facultatum magistros sequuntur:

magistro { Wolffgango Cubitensi Arnoldo Wostefeldensi Iohanni Bolkenhayn Nicolao Appel Kunigishofensi Baltasari Kungisbergk Francisco Hengen Simoni Eyseman Iohanni ex Wihe Vollffgango Geyer	} decreta est lectio	{ methaphisices de anima phisicorum ethicorum priorum spere Euclidis Petri Hyspani veteris artis
---	----------------------	--